

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reuerendi patris domini pascasii Ratperti abbatis Corbiensis ... Co[m]mentaria in Lamentationibus Jeremie prophete

Radbert <Corbie, Abt, Heiliger>

[Basileae], 1502

VD16 B 3792

Brief: Pascasius Ratpertus monachorum peripsima. seni Adelmanno
severo plurimam et sempiternam salutem

[urn:nbn:de:bsz:31-309410](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-309410)

Sunt nonnulli stulti dogmatis magis zelo amaritudinis quam dilectionis inflammati asserentes monachos quod mundo mortui sunt et deo viuunt sacerdotali officio indignos; neque penam aut christianitatem seu abfoluendo largiri posse per sacerdotalis officij inuinctam gratiam sed oino fallunt. Nam si ex hac causa veteres emuli vera predicarent; apostolice sedis copar beatum Gregorium monachico pollens habitu ad summum apicem nullatenus conscenderet. cui soluendi ligandi que preas concessa est. Augustinus quoque eiusdem sanctissimi gregori discipulus angelorum predicator egregius. et pannoniensis martinus; alijque plurimi presbiterorum monachorum habitu fulgentes; nequaquam anulo pontificali subarrarent. Neque enim Benedictus monachorum preceptor. huius rei aliquo modo fuit interdictor. sed eos secularium negotiorum dixit expres esse debere. quod quidem apostolicis documentis et sanctorum patrum institutis. non solum monachis; verumetiam canonicis summo opere imparet. Veris enim et perspicacibus scriptorum patrum exemplis in mundo mortui sint precipitur. Creditur enim sacerdotibus monachis; ligandi soluendi que officium dignis amministrari. si tamen digne contigerit eos hoc ministerio sublimari. Quod euidenter affirmat quod status monachorum huiusmodi considerat. Angelus enim grece; latine nuncius dicitur. Sacerdotes enim monachi atque canonici que precepta dei annuntiant angeli dicitur. Sed unusquisque ordo angelicus quanto vicinior deum contemplet; tanto sublimius dignitate firmat. Nunquid non ut cherubin monachi serapis velant. Duce in capite que caput tegit. veris demonstratiombus affirmat. Illud vero quod in brachijs extendit; alas duas esse dicitur. et illud que corpus condit alas duas. Sic serapis riu numerus certissime consistit. Decertantes quoque contra monachos in hac re sacerdotialis potentie arcere officio precipimus. ut ab hominum nefandis ausibus imposterum reprimantur. quod quanto quisque excellentior tanto sublimior. Hec ex decretis Bonifacii pape.

Pascalius Ratpertus monachorum omnium peripsum. sibi Adelmanno seuero plurimam et sempiternam salutem. Multo coram longoque confectus vite redio; tristis lacrimarum inire modos. Semebunda tam que profecto meis pregrauata malis; inopinate senectus non vocata venit. Quam dum inspicio. specie deformat; aliena phozresco; eo que me subito animo non mutatus quod fui non inuenio. Eua dere tamen nequeo; illa decipiente que admisi. Unde congelatus visu longiori durior effectus. nullis iam emolliri queo fletibus; quibus multis miseriis; mearum intus forisue premar doloribus. quibus cotidie saltim ad suspiria propulsus Hieremie prophete; inter discrimina ultime vite threnos explanare decreui. Siquidem eius ut emolliar lamentis; que nunc nihil sic addiscam fragilis vite excidia deplorare; quomodo plangit sanctus ille aliena. Et que hec etiam alios possit mores; sed sero horitate scriptura. que semel domum luce intrauit; propositi tanti operis studia non indiscussa transire. sed neminem latinorum legeri explanasse threnos; quos propheta symphonizando metro voluit legentibus comendare. In que nimirum ope si que propter posteris condignum enoda uero. tuo frater iudicio decernendum transmittito; que nulli magis nostra congruere putauit. ad quoscumque oculos direxi. que tibi que et senectute coequar et cotidiana precum fletibus antecellis.